

terminum ad unum latus vineam domni imperatoris ad aliam strata publica etc. Stipulatio subnixa est sub die Non. Aprilis anno XXXVI. regnante domno Karolo imperatore.

804 April 5.

13. Fol. 10.

Donatio Corsi, quam tradidit ad monasterium sanctorum martyrum Cassii et Florentii et illis fratribus ad eorum rectorium et mancipia XXIII; quae nata sunt ex Hoddrada et filiabus suis tribus Engilrada, quam habuit homo sancti Gereonis nomine Hotilgisus etc. Actum publice castro Bonnense^a in mense Maio anno XXXVI. regnante domno nostro Karolo rege^b feliciter.

804 Mai.

14. Fol. 10.

Idem ad ipsam ecclesiam sanctorum Cassii et Florentii, quae sub oppido castro^c Bonnense, ubi in Christi nomine Hildibaldus episcopus presse (!) videtur, ad ipsam ecclesiam donamus, hoc est in villa, cui vocabulum est Malgiso seu Lezenich, mansum .I. et quicquid ipsam aspicit et subiungit ab uno latere strata publica et de alio habet Liutgart et in uno fronte currit aqua et in alio fronte habet Karolus rex. — Actum publice in atrio sanctorum Cassii et Florentii urbis Bonnae anno XX. regnante domno nostro Karolo rege.

787, Oct. 9.—788, Oct. 9.

15. Fol. 10.

Ubi Guntarius^d archiepiscopus Agrippinensis urbis. — Actum publice in coenobio sanctorum Cassii et Florentii sub die Kal. Iul.

Vgl. Lacomblet, Archiv II. 81 Beil. I. — 854 Juli 1.

16. Fol. 11.

C. Ego in dei nomine Lutbertus electus episcopus ad Coloniae urbis sedem nec non genitor meus Hasbald tam pro dei timoris intuitu, quam pro remedio animae nostrae simulque pro absolutione avunculi mei Hathabaldi archiepiscopi seu et genetricis meae Regigardae, ut aliquid pius dominus de peccatis nostris in die iudicii iubeat relaxari, donamus seu tradimus ad ecclesiam sanctorum martirum Cassii et Florentii, quae est manifeste constructa in pago Bonnensium in confinibus ipsius civitatis et super rivulo Gumme, ubi ipsi sancti martires cum sociis suis cum aliis XII corpore requiescunt, hoc est in pago

a) 'castrum Boñ' a. R. wiederholt.

b) A. R.: 'Verum Karolus primus solummodo regnavit 13 annis et secundus unum et tertius 6 annis'.

c) 'castro' übergeschrieben.

d) A. R.: 'Guntherus electus a. 854'.